THOMAS EBENDORFER

Raum Wien (?), Mitte 15. Jh.

Seite 217v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35411
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



De rebus male acquisitis

in bello illicito intendere consilium
vel auxilium vel fauorem impertire
debent in aliquo damnificari
pena cum actoribus suis debet tenere
nec et ulterius protrahenda quia
culpa. Quaestio primo de hoc etiam
Rich. in sententiis et dist. 15 dicit quod
illi innocentes non sint in quietis
qui habent in bello iniusto suum
directe vel indirecte prohibere vel
vetare sicut facit videntur quod vasalli
vel coloni dominorum qui tamen
discutiunt de rationabilitate causae et belli eciam cum sciant id
propria auctoritate et non auctoritate
principis incepti et motui adhe-
rentes fauent eis primo defendunt
si possent adiuuando vel alios
indirecte impediendo. Si tales
spoliant non video quin iuste
fiat retentis partibus ex dictis.
Si dicetur quid si habens iustum
bellum fecerit intendia vel in-
fracturas vel expiauit ar-
bores vel vineas in ista propria
aduersarii sui vel hominum eius
nunquid pro hiis tenebitur in aliquo
Respondet Rodoricus quod de illis
damnis non tenebitur quia bona
fide intulit aut a quibus comode
abstinere non potuit sine industria
et consuetudine bona fide pugnandi. Si aut ad trans[illegible]
et malum quod intulit ad alias
posset sibi comode consulere tene-
bitur restituere et compensabitur
illa damnum ad damnum illatum
sibi vel hominibus suis posset ad
conuenientes utilitates et de eo
quod superauit tenebitur satisfacere
illis quos damnificauit. Ad
hoc etiam tenetur heredes post
mortem pretii quoque hereditate
possident. Sed dicetur quid si
habentur hinc inde spolia et no
scitur an sint iusta bella. An ista
spolia possint retineri. Si
sapientes et legem dei nostri
determinant quod bellum sit iustum
posse spolia tenere. Si aut de-
terminant oppositum tenetur spolia
cum fructibus restituere. Si aut et
de hoc controuersia an bellum
sit iustum et sapientes vel ecclesia
pars tenet quod non sit iustum tam
quam pro et eligenda quia dubia
in meliorem in parte sunt mitiga-
da. Octauo de istis qui emerunt
res per furtum vel spolium ablatas.
Raymundus distinguit quod vel
talis scilicet istas res ex rapinis
vel credebat hoc probare aut
putabat ex iustum aut nihil
de hoc sciebat an essent rapte vel
non cogitabat primo dicendum
et quia vel emit cum mala
fide et cupiditate acquirendi
et indistincte tenetur restituere
quidquid de re ista pro parte fiat
ab eo vel ab alio et tamen
quod commitur aliquo modo furtum
contractando rem alienam in
uito domino et fur semper et in mo-
ra vel non nec prius ab eo auferre et
res petere potest nec expectare ab
si quas ibi fecit tenetur etiam
restituere omnes utilitates quas
de illa habuit et si peiorauit
ex culpa sua interim quod et in
sua potestate tenetur damnum re-
stituere. Si vero quis emit rem
rapinam vel furtiuam bona fide
sic intendit restituendi dominum
ne sibi pereat pot ab eo expectare
illud quod pro illa re bona fide
dedit et etiam quidquid per eam